



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Dubium III. Ad quid teneantur Tutores & Curatores, qui parentum sunt loco.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**

viri enim, qui cum ea copulam habuerunt, non sciverunt esse cognoscendam à pluribus, & ipsa per suam malitiam admisit coitum plurium, ergo ipsa potius est obliganda ad alendam prolem. Hæc sententia est probabilis, quamvis contradicat iterum *Rebel.* obligans etiam adulterum ad expensas pro alimentis faciendas secundum quantitatem dubii, de quo plura videri possunt apud *Gob.* à n. 47. Sententia *Bonac.* etiam videtur probabilis, ideoque argumenta *Lugonis* solvit *Bardi* à num. 4; admittit tamen *Bon.* apud *Gob.* num. 49, si unus aut uterque haberet rationem positivam & probabilem de eo, quod non esset pater, etiam non teneri alere, quia posset se suæ opinioni probabiliter accommodare: quænam autem possint esse rationes probabiles, exponit *Gobat* S. 4, & de his omnibus iterum agit in *Exp. T.* 10. à num. 19.

Quomodo peccent Parentes, qui cogunt proles suas ad Monasteria, vel impediunt, ne ingrediantur, dicitur *Lib. IV.* à num. 43.

### DUBIUM III.

*Ad quid teneantur Tutores & Curatores, qui Parentum sunt loco.*

**TUTOR** (idem est de Curatore) tenetur cc 705 curam gerere Pupilli, ejusque bona rite & cc fideliter administrare. Ratio, quia in hunc finem cc constituitur & assignatur pupillo patris loco. cc Quare si delinquat, vel notabiliter sit negligens cc hac in re, peccat graviter, & ad compensationem cc damni, quod pupillus ex eo accepit, obligatur, cc (& saltem de dolo & culpa lata) imò etiam, cc **si**

- 22 si Tutoris officium exercet pretio, (quod tamen  
 22 si ab initio non est constitutum, censetur susceptum  
 22 gratis) tenetur etiam de levi culpa. *Bonac. Tom. 1.  
 22 de Contr. d. 3. q. 19. p. 4. Unde resolves:*  
 22 I. Tutor tenetur tueri personam pupilli,  
 22 dum opus est, eumque bonis moribus imbuet,  
 22 & bene educare per se vel per alios. *Bonac. l. c.*  
 22 II. Tenetur bona pupilli fideliter administrare,  
 22 ideoque (officium tutoris suscipiens) inventarium  
 22 conficere; alioqui damna ex ejus defectu secum  
 22 refarcire: nec licet illi pupillo pecuniæ nimiam  
 22 ad usus inutiles concedere.  
 22 III. Tutor (uti & Curator) tenetur conservare  
 22 omnia Jura, bona, & actiones pupilli, (vel minoris)  
 22 & bona aliàs peritura vendere, pecuniãque  
 22 convertere in emptionem bonorum stabilium  
 22 vel in censum, &c. prout fuerit utilius. *Ibidem  
 22 ex Rebel. P. 2. L. 17. Q. 1.*  
 22 IV. Si Tutor vel Curator pecuniam pupilli  
 22 convertit in suos usus, tenetur ad restitutionem  
 22 totius lucri cessantis, vel damni emergentis, quod  
 22 inde accepit Pupillus vel Minor. *l. c. Rebel. Q. 1.  
 22 V. Tenetur item ad restituendos fructus  
 22 (deductis expensis) quos ex bonis pupilli percipere  
 22 poterat, & suã culpã non percepit. Sylv. v. Tutor. §. 4.  
 22 Rebel. l. c.*  
 22 VI. Tenetur nomina debitorum exigere, &  
 22 debita pupilli persolvere, ita tamen, ut quantum  
 22 fieri potest, bono pupilli consulat, *Sylv. Rebel. l. c.  
 22 Tabiena ibidem.*  
 22 VII. Tutor vel Curator non potest donationes,  
 22 vel remissiones gratiosas facere de bonis pupilli  
 22 quia non ad destruendum, sed tuendum est con-  
 22 stitutus. *Ibidem.* Excipe donationem remunera-  
 22 toriam; sic enim potest v.g. stipendio debito pro